

**III. LITTERAE UNIVERSALES CONTRIBUTIONUM
IN CONVENTU GENERALI PYOTRKOWIENSI,
AC ETIAM IN PARTICULARIBUS ET TERRESTRIBUS
CONVENTIBUS POST ILLUM ACTIS DECRETARUM 1522^a**

Sigismundus etc.^b, universis et singulis ecclesiasticis et saecularibus consiliariis regni nostri ceterisque subditis nostris quibuscunque, tam terrestribus, quam civitatum et oppidorum honoribus et officiis insignitis, ad quorum notitiam praesentes litterae nostrae^c pervenerint, et praesertim in palatinatu N.^d et districtibus eius^e consistentibus, sincere nobis et fidelibus^f dilectis, salutem et gratiam regiam^g. Reverendissimi ac reverendi in Christo patres, necnon magnifici^h, generosi, nobiles, famati et providi, sincere nobis et fideles nostri dilecti.

[1]. Iam nulli incognitum est, aucto in immensum perpetuo et anniversario hoste nostro Tartaro, et Turcorum imperatore vires et conatus omnes suos in nostrum et Hungariaeⁱ regnum converso, quantum discrimen et periculum ipsi regno nostro imminet^j, cui nos opportune consulere volentes, et tempori, conventum generalem Pyotrkiensem, et deinde, petente nobilitate, conventus particulares et terrestres institueramus^k, in quibus pro servandis^l praesidiis in terris Russiae decretae sunt contributiones infrascriptae; quas, tametsi omni, uti sensu volent^k, constare potest, sufficere non posse, cum alias in minoribus necessitatibus et periculis regni maiores decernebantur, quae nihilominus aegre ad tutandos fines suppetebant, tamen, cum ita visum est, nos ex eisdem contributionibus defensionem, uti^l maxime et quoad fieri poterit, sarcire curabimus, neque aliquid officii nostri, quantum vires sufficient, praetermitteremus, quo respublica servari et defendi possit: id, quod omnibus erit testatum^m, quominus accidente aliquo motu et discrimine, quodⁿ omen Deusⁿ avertat, iure a quocunque culpari poterimus^o. Sunt autem haec^p ipsae contributiones.

[2]. Imprimis coloni seu kmethones, tam villarum nostrarum regaliū, quam omnium spiritualium et saecularium subditorum nostrorum in toto regno nostro^q de singulo manso seu laneo^r possessionato sex grossos, de medio vero^s laneo tres grossos, de quarta parte lanei unum grossum cum medio, et reliquum de quantitate laneorum secundum quietantias contributionum, quae fuerunt^t decretae anno Domini millesimo quingentesimo decimo octavo in conventu Thorunensi², solvent pro festo sancti Ioannis Baptistae proxime venturo [24 VI 1522].

[3]. Item advocati et sculteti, colonos seu kmethones non habentes, solvent etiam^u per sex grossos, et similiter coloni seu kmethones ipsorum advocatorum de quolibet manso per sex grossos solvere tenebuntur, ita ut kmethones aliorum dominorum.

[4]. Item tabernatores, sive sint dominorum, sive advocatorum seu scultetorum, qui agros habent, ab illis exactionem solvent iuxta agrorum quantitatem ad festum sancti Ioannis Baptistae praedictum, hoc est^v de singulo laneo agri sex grossos, de una quarta lanei^w x^x unum grossum cum medio ut supra^x; exactionem vero ducillorum a singulis cocturis cerevisiae more consueto solvere nihilominus erunt astricti. Alii autem tabernatores, qui advectitiam propinant cerevisiam,

^a *Zaznaczono odmianki tekstu z MK₂, t. 35, s. 659-661. Odmianki tekstu z G. Chęc., por. wyżej uwagi wstępne, przypis 9.*

^b *G. Chęc.: Dei gratia rex Poloniae, magnus dux Litwaniae, Russiae Prussiaeque etc. dominus et haeres.*

^c *Brak tego wyrazu w G. Chęc.*

^d *Sandomiriensis G. Chęc.*

^e *Brak w G. Chęc.*

^f *fidelibus nostris G. Chęc.*

^g *Brak w G. Chęc.*

^h *magnifici et G. Chęc.*

ⁱ⁻ⁱ *regnum concessio, quantum discrimen et periculum imminet G. Chęc.*

^j *reservandis G. Chęc.*

^k *Brak w G. Chęc.*

^l *ubique G. Chęc.*

^m *statutum G. Chęc.*

ⁿ⁻ⁿ *Deus omen G. Chęc.*

^o *Tak w MK₂, powinno być: possimus. Brak w G. Chęc.*

^p *hae G. Chęc.*

^q *Brak w G. Chęc.*

^r *laneo agri G. Chęc.*

^s *Brak w G. Chęc.*

^t *fuerint G. Chęc.*

^u *Brak w G. Chęc.*

^v *Brak ostatnich dwu wyrazów w G. Chęc.*

^w *agri G. Chęc.*

^{x-x} *W G. Chęc. II grossi.*

¹ *Mowa tu o sejmikach posejmowych, także prowincjonalnych, zwołanych przez króla dla aprobaty uniwersalów poborowych; por. uwagi wstępne.*

² *Jest to błąd; w 1518 r. (4 lutego – 19 kwietnia) odbył się sejm w Krakowie; sejm toruński obradował natomiast od 8 do 30 grudnia 1519 r. Prawdopodobnie idzie tu o uniwersał wydany na sejmie krakowskim.*

sex grossos solvent; et hi contributionem *czopowe* non solvent, cum non coquunt cerevisiam, sed aliunde illam ad propinandum adducunt.

[5]. Item molendina praedictarum villarum, quae *pojrzebne*^y vocantur, manuales seu anniversarios molendinatos habentia, quodlibet illorum sex grossos solvet^z; et si plures rotas, quam unam habuerint, a singulis earum tres grossos solvent. Haereditarii vero molendinatos earundem villarum et *folusze* ex singulis rotis molendinorum suorum, quae *walne* dicuntur, sex grossos persolvent^{aa}.

[6]. Item molendina brasealia et haereditaria, aquatica et equestria, in omnibus civitatibus et oppidis more veteri taxata, medietatem contributionis, quae *szos* dicitur, a qualibet^{ab} videlicet marca taxae unum grossum solvent pro festo sancti Ioannis Baptistae praedicto^{ac}.

[7]. Minerariae vero officinae alias ferrum facientes^{ad} et serrae ex singulis rotis per sex grossos solvent.

[8]. Item molendina ventilia, tam haereditarios, quam anniversarios molendinatos^{ae} habentia, quodlibet illorum sex grossos solvet^{af}.

[9]. Item civitates et oppida, tam nostra quam subditorum nostrorum^{ag} spiritualium et^{ah} saecularium, medietatem contributionis civilis, quam *szos* vocant, pro festo sancti Ioannis Baptistae proximo^{ai} iuxta antiquas quietantias solvent^{aj}; hoc addito et expresso, quod cives et suburbani, agros habentes, qui uno iure civili gaudent et contributionem *szos* simul contribuunt, contributionem sex grossorum de agris suis non solvant.

[10]. Item contributio cerevisiae, vini, medonis, malvatici, muscatelli, *czopowe* dicta, in hisdem civitatibus et oppidis ac etiam tabernis villarum, tam nostris, quam subditorum nostrorum spiritualium et saecularium, a singulis cerevisiae coctoribus more solito solvetur, ex quibuscunque braseis fuerit eadem ipsa cerevisia cocta, sive brasea ipsa sint civium, sive eorum, sive ex molendinis provenientia et emensurata, sive domi facta, ita quod etiam a cerevisia, quam domini et nobiles ex braseis suis coquunt seu braxant, et illam dant ad propinandum suis tabernatoribus, contributio ipsa *czopowe* solvatur^{ak}.

[11]. Item sacerdotes Rutheni, qui popones vocantur, ex singulis ecclesiis et synagogis suis quindecim grossos solvent.

[12]. Item Valachi ex singulis laneis integris, si illos habent^{al}, vel areis^{am}, quae *dworzyszcza* dicuntur, sex grossos solvent^{an}; et qui agros non habent, a singulo centenario^{ao} ovium similiter sex grossos persolvent^{ao} pro festo sancti Ioannis Baptistae proximo^{ap}; ad quod festum omnes contributiones supradictae solvi^{aq} et contribui debent.

[13]. Ut autem supradicta^{ar} ordinatio, in exigendis eisdem contributionibus facta, debitae exequutioni demandetur, generosum N.^{as} at^{at} ad eas colligendas in palatinatu N.^{at} designavimus et constituimus praesentibus litteris nostris, mandamusque^{au}, ut in manus eius designato tempore easdem contributionis persolvere curetis. Vobis vero capitaneis, quorum interest, mandamus, ut praefato exactori nostro pro tempore et termino superius expresso sub poenis ad hoc constitutis³ absque cuiusvis morae et dilationis intervntu de dictis contributionibus per eos, ad quos pertinet, responderi faciatis, et vos ipsi respondeatis, negligentes vero in solvendo et contumaces per pignorationes et alias poenas solitas ad solvendum easdem contributiones compellatis. Pro officio vestro et gratia nostra facturi.

^y potrzebny *G. Chęc.* z solvent *G. Chęc.*

^{aa} solvent *G. Chęc.*

^{ab} Brak dwu ostatnich wyrazów w *G. Chęc.*

^{ac} Brak w *G. Chęc.*

^{ad} friventes *G. Chęc.*

^{ae} molendicis *G. Chęc.*

^{af} *W G. Chęc.* artykuły 7 i 8 zostały przedstawione.

^{ag} *W G. Chęc.* ostatnich czterech wyrazów brak.

^{ah} quem *G. Chęc.*

^{ai} *W G. Chęc.* zamiast: proximo jest solvent.

^{aj} Brak w *G. Chęc.*

^{ak} Artykuł 10 w *G. Chęc.* opuszczono.

^{al} *W G. Chęc.* ostatnich czterech wyrazów brak.

^{am} areis integris *G. Chęc.*

^{an} Brak w *G. Chęc.*

^{ao-ao} ovium sex grossos solvent *G. Chęc.*

^{ap} Brak w *G. Chęc.* aq solventur *G. Chęc.*

^{ar} suprascripta *G. Chęc.*

^{as} *W MK, pozostawiono tu wolne okienko. W G. Chęc.: Stanislaum de Kazanów iudicem.*

^{at-at} *W G. Chęc.* Sandomiriensi.

^{au} *W G. Chęc.: mandamus itaque vobis.*

³ Mowa tu o konstytucjach sejmu koronacyjnego krakowskiego z 1507 r., I. art. 12, a także o konstytucji sejmu piotrkowskiego z 1512 r., Constitutio de officiis capitaneis incumbendis diligenter exequendis.

Datum Vilnae, feria tertia proxima post dominicam Palmarum anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo secundo [15 IV 1522], regni nostri^{av} sexto decimo. ^{aw}-Ad mandatum Regiae Maiestatis proprium^{aw}.

Exactores^{ax} ad annum praesentem millesimum quingentesimum vigesimum secundum constituti: In terris Cracoviae dominus Ioannes Pieniansek iudex Cracoviensis. In terra Sandomiriensi dominus Stanislaus Casanowski iudex Sandomiriensis. In terra Lublinensi dominus Bernardus Maczejowski iudex Lublinensis. In terris Russiae dominus Stanislaus Jaskmaniczki iudex Praemisliensis. In terra Chelmensi et Belsensi dominus Felix Zamosczki. In terris Podoliae dominus Ambrosius Ormianczyk iudex Camenecensis. In terra Posnaniensi dominus Georgius Lwowski. In terra Calissiensi dominus Nicolaus Pothuliczki castellanus Rogosnensis. In terra Siradiensi dominus Nicolaus Potoczki. In terra Lanciciensi dominus Nicolaus Stradzewski. In terris Cuiaviae et Dobrinensi dominus Bartholomaeus Lubstowski. In terra Plocensi dominus Iacobus Sdzarski subiudex Plocensis. In terra Rawensi dominus Ioannes Głogowski iudex Gostinensis. In palatinatibus Posnaniensi et Calissiensi dominus Ioannes Lesczinski contributionem *czopowe* sibi arendatam exigere debet, utcunque nuntii Colenses contra eiusmodi arendas publicarum contributionum nullum et graviter sint questi.

IV. LITTERAE UNIVERSALES CONTRIBUTIONIS *CZOPOWE*^a

Sigismundus etc.^b universis et singulis principibus, tam spiritualibus, quam saecularibus, reverendissimis et reverendis in Christo patribus, dominis archiepiscopis, episcopis, necnon magnificis, generosis, nobiles, famatis et providis palatinis, castellanis, capitaneis, tenentariis, terrigenis, nobiles, officialibus et eorum vicesgerentibus, haeredibus, advocatis, scultetis, civitatumque et oppidorum, tam nostrorum quam quorumcunque subditorum nostrorum magistris civium consulisque et communitatibus, et generaliter omnibus subditis^c nostris spiritualibus et saecularibus, cuiuscunque status, conditionis ac praecminentiae existentibus, bona quaecunque, tam spiritualia quam saecularia, civitates, oppida, villas, tabernas, possessiones et alia bona, quocunque nomine nuncupata, habentibus, et signanter in terra N.^d existentibus, sincere et fidelibus nostris dilectis, salutem et gratiam nostram^e. Sincere et fideles nobis dilecti!

[1]. Noveritis communi omnium, tam spiritualium, quam saecularium consiliariorum nostrorum et nuntiorum terrestrium, in proxime praeteritis conventibus¹ congregatorum, voto et concordii voluntate constitutum atque laudatum esse, quod exactio ducillorum adhuc debeat continuari² et exigi ad festum sanctae Luciae proximum [13 XII 1522], ita exigentibus multis et arduis necessitatibus et difficultatibus reipublicae, modo videlicet infrascripto:

[2]. Ut quilibet cerevisiam coquens venalem, ex quibuscunque braseis fuerit eadem ipsa cerevisia cocta, hoc est sive brasea ipsa sint civium et dominorum, sive ex molendinis provenientia et emensurata, sive domi facta, a quolibet vase sigillatim vel coctura ipsius cerevisiae iuxta locorum consuetudinem antehac observatam exactionem ipsam ducillorum in manus infrascripti exactoris fideliter solvat, ita ut a maiori coctura alias *waru* plures grossi solvantur, et a minori pauciores^f iuxta vasorum numerum et quantitatem^f et exactoris

^{av} nostri anno G. Chęc.

^{aw-aw} Ad mandatum etc. G. Chęc.

^{ax} *Spis ten znajduje się tylko w MK₂, po zakończeniu tekstu uniwersalu.*

^a Zaznaczono odmianki tekstu z MK₂, t. 35, s. 662-663 oraz odmianki tekstu z G. Chęc., por. wyżej uwagi stępne przypis 9.

^b W G. Chęc.: Dei gratia rex Poloniae, magnus dux Litwaniae, Russiae Prussiaeque etc., dominus et haeres.

^c W G. Chęc.: fidelibus.

^d G. Chęc.: Sandomiriensi.

^e G. Chęc.: nostram regiam.

^{f-f} G. Chęc.: iuxta vasorum et quantitatem numerum.

¹ Mowa tu właśnie o sejmie walnym piotrkowskim 4 listopada 1521 – 7 stycznia 1522 r.

² Wzmianka ta dotyczy kontynuacji poboru czopowego, który uchwała podatkowa bydgoska z 1520 r. (por. wyżej, nr IV, art. 190) zleciła wybierać do najbliższego sejmu, tj. tego właśnie sejmu piotrkowskiego.